

De trascendentibus XIII

Innocens. alius fur: de potentia absoluta suspēdere. s; de potentia ordinata non nisi furem.

transcendens

Quō intelligit q̄ alie sūt potētie naturales: alie rōales: et hāz alie rōales p̄ essentiā alie p̄ p̄cipationē. Ca. X

Quantū ad secundū. primo dicēdū est quō intelligit ista distinctio q̄ potētiarū anīme quedā sunt naturales que sunt determinate ad vnum. alie sunt rōales z valēt ad opposita.

Secūdo vidēdū est quō ille potētie sic distincte sunt determinate. quedā ad vnu. alie aut valēt ad opposita. Quantū ad p̄mū sciēdū. Primo q̄ naturale p̄t sumi dupliciter. Uno mō q̄ dicat naturale illud qd̄ inest hōi a p̄ncipijs naturalibus. z sic omnes potētie q̄ sunt in hōie sunt naturales: tam rōales q̄ alie. z sic vna nō distinguit̄ extra aliā. Alio mō dicitur naturale qd̄ sequit̄ modum cōmuē nature. Modus aut̄ cōmunis nature est esse determinatū ad vnu. sicut lapis habet determinatū motum. s; ferri deorsum. z sic qz in hōie sunt quedā potētie determinate ad vnu. alie aut̄ non determinate. Ideo ponit̄ distinctio q̄ quedā sunt potētie naturales et iste sunt determinate ad vnu z sunt omnes p̄tine. tes ad partē vegetatiuā z sensitiuā. z omnes que nō sunt nature obedire rōni. Ille aut̄ que nō sunt determinate ad vnu dicitur rōnalis. vel per essentiā. vel per p̄cipationē. Rationale aut̄ sic distinguit̄. Ex quo scōdo ponēda est distinctio potētiaz rōnaliū. qz quedā sunt rōnales p̄ essentiā: quedā per p̄cipationē. Dicitur aut̄ rōnale per essentiā ipse intellectus vel rō que idē sunt. S; rōnale per p̄cipationē est appetit̄ q̄ distinguit̄ in appetitū intellectiū q̄ dicitur volūtas que dicitur rōnalis per p̄cipationē q̄ sequit̄ rōnē. Qdē rō indicat eligēdū. hvolūtas eligit z acceptat. Et i appetitū sensitiū. Dicitur autē appetitus sensitiū rōnalis per p̄cipationē. qz est aptus nat̄ regulari per rōnē z qz appetitus

Naturalis dicitur